



Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologica

Ex Sacris Scriptvris, Conciliorvm Pontificvmqve Decretis, Et Sanctorvm
Patrvm Ac Doctorum Placitis Expressa ; In qua, quidquid tum ad fidei
mysteria sanè ac rectè intelligenda, & ab erroribus quibusvis secernenda,
tum ad sacramenta debitè conficienda & ministranda, tum ad actiones
humanas iuxta ...

Abelly, Louis

Coloniæ Agrippinæ, 1658

V. An aliquæ rerum creatarum ideæ in Deo sint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38954

produ-
ntibus,
nsenta-
m, pro-
altemili-
i vitta-
vnde
at non
ognos-
solutè
turum
; nam
nstan-
erum
gi di-
nditi-
quo
ncun-
e co-
nitio-
a seu
ipere
tere-
dicti-
eun
con-
imo
pro-
rat-
pa-
re-
ibi
di-
ce-
ni-
an

tentiam agere non poterant: quæ omnia & plura alia si-
milia, quæ hic in utramque partem dicenda forent, ex-
ijs, quæ in tractatu de Gratia explicanda sunt, plenius in-
telligentur.

SECTIO V.

An aliqua rerum creatarum Ideæ in Deo sint.

SOpponendum est nomen Ideæ nihil aliud significare,
quam formam illam seu speciem intelligibilem ex-
istentem in intellectu artificis, ad quam ille respiciens
operator, unde & deriuatur à verbo Εἰδεῖν, quod est vi-
dere; quia scilicet idea est veluti exemplar, quod artifex
in agendo respicit & intuetur, ut similem ei effectum ex-
primat.

Hoc supposito, dicendum est 1. in mente diuina esse i-
deas omnium creaturarum.

Probatur 1. ex scriptura: ad Hebr. 11. *Fide intelligimus a-
ptata esse facula verbo Dei, ut ex inuisibilibus visibilia fierent,*
hoc est, ut iuxta inuisibile exemplar, quod est in mente
Dei, fierent haec visibilia: ita hunc locum explicat Hugo
Cardin. & alij. S. Ioann. cap. 1. *Quod factum est, in ipso vita
era;* hoc est, ut explicat S. Aug. tract. 1. in S. Ioann. quod
factum est extra Deum, erat vivens in Deo secundum ra-
tionem & ideam ipsius in diuina mente ab aeterno exi-
stentem.

Probatur 2. ex eodem S. Aug. lib. 12. de ciuit. cap. 20.
vbi, postquam dixit in sapientia diuina esse inuisibiles at-
que incommutabiles rationes rerum etiam visibilium &
mutabilium, quæ per illam factæ sunt, hanc affert dicti
sui rationem: *Quoniam Deus non aliquid nesciens fit, quod
nec de quolibet homine artifice recte dici potest: porro si sciens fit
est, omnia ea utique fecit, que nouerat, &c.*

Dicendum 2. ideas diuinæ non esse aliquid distinctum
ab essentia Dei, sed ipsammet essentiam diuinam ut co-
gnitam ab ipso Deo, tanquam eminenter in se rerum o-
mnium

mnum perfectiones continentem, ac proinde tanquam
id, ad cuius imitationem res omnes ab ipso produci pos-
sunt. Ita S. Thom. i. p. q. 15. a. 2. & probatur; quia, cum
ex antedictis constet essentiam diuinam esse simplicissi-
mam, & nihilominus in ea rerum omnium perfectiones
eminenter contineri, hinc sequitur idea non esse aliquid
distinctum ab essentia diuina, illamque essentiam posse
optime & perfectissime tenere rationem ideae in mente
divina, ad productionem cuiuslibet creaturae quantum
eunque perfectae; cum in ea cuiuslibet perfectionis ex-
emplar absolutissimum reperiatur.

CAPVT IV.

De voluntate Dei.

SECTIO I.

An sit in Deo voluntas, & qualis.

Dicendum 1. in Deo vere & propriè esse voluntatem. Hoc euidenter constat ex scriptura S. Matt. 6. *Fiat voluntas tua. Rō. 9. Voluntati eius quis resistit.*

Dicendum 2. voluntatem in Deo non esse, sicut in nobis, per modum potentiae: sed actum purissimum & simplicissimum, seu ipsam actualem volitionem diuinam. Hoc euidenter constat ex ijs, quæ suprà dicta sunt de simplicitate Dei, vbi probatum est in Deo nullam dari posse compositionem; daretur autem, si voluntas in eo esset per modum potentiae.

Dicendum 3. voluntatem Dei, quamvis in se unica & simplicissima sit, esse tamen virtute, & secundum nostrum concipiendi modum, multiplicem secundum varios respectus ad creaturas, & diuersa circa illas decreta. **Hinc est, quod aliquando scriptura in plurali numero de voluntate.**